

sent. Insto vt scriptum aliquod de sententia Facultatis dent mihi, quod Regi ostendam. Negāt se daturos. Indico, me Regi quæ dixissent, relaturū. Postridie igitur proficiscor in aulam: Nouum testamentum pro more, Regi offero, tanquā primitias, coram Cardinalibus & principibus. Castellanus cōposito iracundiæ feruore, mitior tunc factus, quòd grauitè & indignè ferret, istorū virulenta immanitate me oppressū, de vertèdo solo cogitare: quū illi recitassem quinque articulos, in quorum reprehensione se plusquam insulsos prodiderant, narrat Regi quid sacra illa Facultas decreuisset de tā sacro opere. Mirus risus subortus: vna vox omnium, impudentiam, inscitiam, temeritatem, ineptias denique horū iam non esse tolerabiles. Vbi ex aula reuersum, vident secure Nouū illud testamentum exponere, audaciā priuati hominis & typographi mirātur contra decretum Theologicum. Ego ex eorum manibus ereptum me videntis, ne contemptu eos exasperarem, quicquid posthac impressurus essem, me illis cōmunicaturum recepi: qua pactione, vel potius necessitate mihi imposta irretitū me tenētes, cæperūt